Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



116

Percussus sum ut fenum & aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis factus
sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius
in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei & qui
laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panem manducabam
& poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire & indignationis tue quia eleuans
allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt & ego
sicut fenum arui.
Tu autem dne in eternum permanes & &
memoriale tuum in generationem & genera
tionem.